

SEBASTIANUS VENERIUS

D V X LXXXVI.

*Electus die 11. Iunii, Anno 1577. obiit 3. Martii
Anno 1478.*

VETVS ELOGIVM.

*Lauream servate Patrie, quam armatus Imperator ad Echinadas paulo antè in
triumphum retuleram, Princeps unà omnium sententià creatus, ita civili mo-
deratione munivi, ut dubium reliquerim; fuerim nè in administranda Rep.
Princeps iustior, & sanctior, an in rebus bellicis fortior, & felicior Impe-
rator.*



LXXXVI



Imperatoriam Maiestatem armatam literis, ornatam
armis contemplare in imagine Sebastiani Venerii.
Vitam novus Tullius cum insumpsisset pro rostris,
collatà in foro litigantibus lingua, Corcyram Legatus
missus eà tempestate, quà Selymus per tyrannidem
irruebat in insulam Cypri; nè Veneta Classis focordia & ocio mar-
cesceret, Sopotum Caloniæ oppidum, quadraginta à Corcyra
millibus passuum, in summo montis jugo, quod Turcæ incolebant
vicinium depopulatores, tunc insolentiores facti, quod per eos dies
Iacobum